



# ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΙΚΟΥ

ΚΕΦ. Α.

## ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ,



ΦΗΜΙ τοίνυν αἰρεῖσθαι τὸν στρατηγὸν, ἔ 1) κατὰ γένη κρι-  
νοντας, ὡς περ τὰς ἱερέας, ἔδὲ καὶ ἑσίας, ὡς τὰς 2)  
γυμνασιάρχας· ἀλλὰ σώφρονα, ἐγκρατῆ, νήπτην,  
λίον, διάπονον, νοερόν, ἀφιλάργυρον, μήτε νέον, μή-  
τε πρεσβύτερον, 3) ἀν τύχη, καὶ πατέρα παίδων, ἱκα-  
νὸν λέγειν, ἐνδοξόν.

C 2

α. Σώ-

Ad Cap. I.

Easdem Ducis uirtutes iisdem quoque uerbis re-  
cenfet Leo in Τακτ. c. II. qui in aliis quoque totum  
paeue hunc Onofandri Strategicum ad uerbum trans-  
scripsit; unde multa loca ex eo emendari suaeque  
integritati restitui possunt. Hisce uero memoratis  
Ducis uirtutibus Leo merito addit pietatem, quae ut  
in omnibus rebus, ita in re militari omne fert pun-  
ctum. Qua dere bene sapienterque Cyrus apud Xe-  
nophontem L. I. K. Π. p. 55. πολλὰ γὰρ μοι συ-  
νόντες ἐπίστασθε, ἔ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ  
τὰ μικρὰ πειρώμενοι ΑΠΟ ΘΕΩΝ ΟΡΜΑΣΘΑΙ  
ΑΕΙ.

I κατὰ γένη.) Fuerunt nimirum non solum  
apud Graecos, atque Romanos; sed alias quoque gen-

tes certae familiae, quae dignitate reliquas antecel-  
luerunt, priuilegiaque sibi sacerdotia habuerunt, quae  
πατρικαὶ; αὐτ κατὰ γένος ἱεροσύνας appellarunt.  
Sic apud Athenienses clarissimae erant Eumolpi-  
darum, Cerycum; apud Argiuos, Acestoridarum  
familiae; apud Romanos Poritii et Pinarii, qui  
Herculis sacra curabant. Harpocration in uoce  
γεννηται memorat ἱεροσύνας cuilibet familiae Athe-  
nis προσηάσας, quarum triginta erant in quali-  
bet Φρατρία seu curia; adde Dionys. Hal. L. VIII.  
p. 510. Polluc. p. 910 Aelian. V. H. L. XIV. c. 5.  
Petitum in leg. Att. p. 86. Vnde lex apud Platonem  
L. VI. de leg. T. II. p. 759. ἱερῶν δὲ ἱερέας, οἷς  
μὲν εἰσι πάτριαι ἱεροσύναι καὶ αἷς, μὴ κινεῖν.